tamen nolite recedere a tergo Domini, ſed ſervite Domino in omni corde veſtro. *2. Reg.* 12. 20
In tota anima tua time Dominum, & ſacerdotes illius ſanctifica. *Eccl.* 7. 31
Appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem ejus longe eſt a me. *Iſa.* 29. 13
Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe eſt a me. *Matth.* 15. 8. Marc. 7. 6
Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua & in tota mente tua, &c. *Ibid.* 22. 37. Marc. 12. 30
Veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. *Joan.* 4. 23

*Cultus externus Deo gratus. Vide Caremonia.*

*Cultus Sanctorum, Imaginum, Reliquiarum &c. Vide Titulis ſuis.*

## TITULUS LXXV.

*Curioſitas humana & mundana.*

*PRimariæ tranſgreſſionis occaſio ortum habuiſſe videtur ex eo, quod Eva ſerpentem curioſe audivit, & lignum vetitum curioſe aſpexit. Gen.* 3.
*Egreſſa eſt Dina filia Liæ, ut videret mulieres regionis illius. Sed poſtea ipſa viſa, rapta, & oppreſſa fuit. Ibid.* 34
Alii nulla curioſitate videant quæ ſunt in Sanctuario, priusquam involvantur, alioquin morientur. *Num.* 4. 20
*Ozias, rex Judæ, ingreſſus templum Domini, accepit thuribulum, & voluit adolere incenſum, quod non ad ſuum, ſed ad ſacerdotum pertinebat officium.* Statimque orta eſt lepra in fronte ejus. *2. Paral.* 25. 19
*Herodes viſo Jeſu gaviſus eſt valde, non tamen pietatis, ſed curioſitatis gratia, quia ſperabat ſignum aliquod ab eo videre fieri. Luc.* 23. 8
*Curioſitatem diſcipulorum, ſcire volentium tempus ſecundi adventus, compeſcit Dominus, dicens:* Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. *Actor.* 1. 7.
Si fueris plurimum ſcrutatus, frequenter miraberis. 4. *Eſd.* 4. 26
Quis autem inveſtigator malorum eſt, opprimetur ab eis. *Prov.* 11. 17
Non eſt tibi neceſſarium ea, quæ abſcondita ſunt videre oculis tuis. In ſupervacuis rebus, noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus ejus non eris curioſus. De ea re, quæ te non moleſtat, ne certeris. *Eccli.* 3. 31. Ibid. c. 11. 9

## TITULUS LXXVI.

*Cuſtodia ſui poſt converſionem.*

CUſtodi igitur temetipſum, & animam tuam ſollicite. *Deut.* 4. 9
Cuſtodite igitur ſollicite animas veſtras (*caute, ne forte decipiatur cor veſtrum, & recedatis a Domino*). *Ibid.* v. 15
Judices & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis (*ſinſuum.*) *Ibid.* 16. 18
Quando egreſſus fueris adverſus hoſtes tuos in pugnam, cuſtodies te ab omni re mala. *Ibid.* 23. 9
Deſcendit populus Domini ad portas, & obtinuit principatum. *Judic.* 5. 11
Et mundam ſervavi animam meam ab omni concupiſcentia. *Tob.* 3. 16
Omni cuſtodia ſerva cor tuum, quia ex ipſo vita procedit. *Prov.* 4. 23
Cuſtos animæ ſuæ ſervat viam ſuam. *Ibid.* 16. 17
In omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis. *Eccl.* 7. 40
Quaſi a facie colubri fuge peccata. *Ibid.* 21. 2
Super cuſtodiam meam ego ſum, ſtans totis noctibus. *Iſa.* 21. 8
Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare pondera in die ſabbati. *Jerem.* 17. 21.
Super cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem. *Habac.* 2. 1
Judas hortabatur populum conſervare ſe ſine peccato, ſub oculis videntes, quæ facta ſunt pro peccatis eorum, qui proſtrati ſunt. *2. Mac.* 12. 42
Regnum Dei intra vos eſt; (*Cuſtodite ergo, quia theſaurus maximus eſt.*) *Luc.* 17. 21
Ecce ſanus factus es, jam amplius noli peccare. *Joan.* 5. 14
Neſcitis, quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis. *1. Cor.* 3. 16
Habemus autem theſaurum ipſum in vaſis fictilibus. *Ibid.* 16. 13
An non cognoſcitis voſmetipſos, quia Chriſtus Jeſus in vobis eſt, niſi forte reprobi eſtis. *2. Cor.* 13. 5
O Timothee, depoſitum cuſtodi. *1. Tim.* 6. 20
Melius enim erat illis, non cognoſcere viam juſtitiæ, quam poſt agnitionem, retrorſum converti ab eo, quod illis traditum eſt, ſancto mandato. *2. Petr.* 2. 21

Bea-



Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem ejus. *Apoc.* 16. 15

*Cuſtodia Oculorum. Vide Oculorum Cuſtodia.*

# D

## TITULUS I.

*Dæmones.*

*Dæmones expelluntur. Vide & ſpiritus mali.*

*DÆmonium occidit ſeptem viros Saræ, filiæ Raguelis, ſed fuit ejectum per boni Angeli Raphaelis adventum. Tob.* 3. 8. *Vide* c. 8.
Veſperæ autem facto obtulerunt ei multos Dæmonia habentes: & ejiciebat ſpiritus verbo: & omnes male habentes curavit. *Matth.* 8. 16. Dæmones autem rogabant eum dicentes: Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. v. 31.
Et ejecto Dæmonio, locutus eſt mutus, & miratæ ſunt turbæ &c. *Ibid.* 9. 33. *Vide &* Luc. 11. 14.
Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus & mutus, & curavit eum, ita ut loqueretur, & videret. *Ibid.* 12. 22
Et increpavit illum Jeſus, & exiit ab eo dæmonium, & curatus eſt puer ex illa hora. *Ibid.* 17. 17
Et increpavit illum Jeſus dicens: Obmuteſce, & exi ab eo. Et cum projeciſſet illum Dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit. *Luc.* 4. 35. Cap. 8. 2. & 28
Et cum accederet, eliſit illum Dæmonium, & diſſipavit. Et increpavit Jeſus Spiritum immundum, & ſanavit puerum, & reddidit illum patri ejus. *Ibid.* 9. 42
Reverſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam Dæmonia ſubjiciuntur nobis in nomine tuo. *Ibid.* 10. 17. Cap. 13. 10
Concurrebat autem & multitudo vicinarum civitatum Jeruſalem, afferentes ægros, & vexatos a ſpiritibus immundis, qui curabantur omnes. *Act.* 5. 16
Multi enim eorum, qui habebant Spiritus immundos, clamantes voce magna exibant. Multi autem paralytici & claudi curati ſunt. *Ibid.* 8. 7. & c. 16. 18

*Etiam per malos Dæmones expelluntur.*

MUlti dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo ... Dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis: Quia numquam novi vos: diſcedite a me, qui operamini iniquitatem. *Matth.* 7. 22
Reſpondit illi Joannes, dicens: Magiſter, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem Dæmonia, qui non ſequitur nos, & prohibuimus eum. Jeſus autem ait: Nolite prohibere eum &c. *Marc.* 9. 37. *Idem* Luc. 9. 49.
Tentaverunt autem quidam, & de circumeuntibus Judæis exorciſtis invocare ſuper eos, qui habebant Spiritus malos, nomen Domini Jeſu, dicentes: Adjuro vos per Jeſum, quem Paulus prædicat. *Act.* 19. 13

*Dæmones agnoſcunt, & credunt Deum. Vide etiam Diabolus.*

ET ecce clamaverunt dicentes: Quid nobis & tibi Jeſu filii Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos. *Matth.* 8. 29
Et erat in Synagoga eorum homo in Spiritu immundo, & exclamavit, dicens: Quid nobis & tibi Jeſu Nazarene? Veniſti perdere nos? Scio, quis ſis, Sanctus Dei. *Marc.* 1. 23. *Idem* Luc. 4. 33.
Et Spiritus immundi, cum illum videbant, procidebant ei: & clamabant dicentes: Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis, ne manifeſtarent illum. *Ibid.* 3. 11
Videns autem Jeſum a longe, cucurrit & adoravit eum: & clamans voce magna dixit: Quid mihi & tibi, Jeſu fili Dei altiſſimi? adjuro te per Deum, ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi Spiritus immunde ab homine. *Ibid.* 5. 6. *Idem* Luc. 8. 28
Exibant autem dæmonia a multis, clamantia, & dicentia: Quia tu es filius Dei: & increpans non ſinebat ea loqui, quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. *Luc.* 4. 31
Reſpondens autem Spiritus nequam, dixit eis: Jeſum novi, & Paulum ſcio: Vos autem qui eſtis? Et inſiliens in eos homo, in quo erat dæmonium peſſimum, & dominatus amborum invaluit contra eos; ita ut nudi & vulnerati effugerent de domo illa. *Act.* 19. 15
Tu credis, quoniam unus eſt Deus: bene facis, & dæmones credunt & contremiſcunt. *Jacob.* 2. 19.

*Dæmonibus immolare nefas.*

NEquaquam ultra immolabant hoſtias ſuas dæmonibus, cum quibus fornicati ſunt. *Lev.* 17. 7
Immolaverunt dæmoniis & non Deo, Diis, quos ignorabant; novi recenteſque venerunt, quos non coluerunt patres eorum. *Deut.* 32. 17.
Qui (*Hieroboam*) conſtituit ſibi ſacerdotes excelſorum & dæmoniorum, vitulorumque, quos fecerat. *2. Paral.* 11. 15

Et

Et immolaverunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis. *Pſal.* 105. 37

*Dæmonis Tentatio. Vide Tentatio Diaboli.*

## TITULUS II.

*Damnatio æterna, quæ parata eſt diabolo, & omnibus impiis.*

I*Mpii in judicio admirantes gloriam juſtorum, quos hic contempſerant, deflent ſuam miſeriam, quodque tota eorum felicitas fuerit momentanea, juſtorum autem erit perpetua. Porro Deus tum per creaturas, tum per ſe, armatur ad puniendos impios. Sap.* 5. *Vide &* Iſaiæ 30. 33

Terram miſeriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. *Job* 10. 22

Si autem non audierint, tranſibunt per gladium, & conſumentur in ſtultitia. *Ibid.* 36. 12

In illa die viſitabit Dominus ſuper militiam cæli in excelſo: & ſuper reges terræ, qui ſunt ſuper terram. *Iſa.* 24. 21

Et egredientur, & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati ſunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt uſque ad ſatietatem viſionis omni carni. *Ibid.* 66. 24. Dan. 7. 11. Marc. 9. 44

Paleas autem comburet igni inextinguibili. *Matt.* 3. 12. *Vide &* Matth. 23. 33. Luc. 3. 17

Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores; ibi erit fletus & ſtridor dentium *Matth.* 8. 12. Cap. 13. 50. c. 25. 30. 46

Bonum tibi eſt ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. *Ibid.* 18. 8. Cap. 5. 29. 30. Marc. 9. 42

Elevans autem oculos ſuos, cum eſſet in tormentis, vidit Abraham a longe, & Lazarum in ſinu ejus: & ipſe clamans dixit: Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quoniam crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris. *Luc.* 16. 23.

Terribilis autem quædam expectatio judicii, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt adverſarios. *Hebr.* 10. 7.

Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in judicium reſervari &c. 2. *Pet.* 2. 4. 2. Theſſ. 1. 8. 9

Angelos vero, qui non ſervaverunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in judicium magni diei, vinculis æternis ſub caligine reſervavit. *Judæ* 6

Vivi miſſi ſunt hi duo (*ſcilicet beſtia & Pſeudopropheta*) in ſtagnum ignis ardentis ſulphure. *Apoc.* 19. 20.

Et deſcendit ignis a Deo de cælo, & devoravit eos: & diabolus, qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, ubi & beſtia, & Pſeudopropheta cruciabuntur die ac nocte, in ſæcula ſæculorum. *Apoc.* 29. 9

Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure; quod eſt mors ſecunda. *Ibid.* 21. 8

## TITULUS III.

*Damnum.*

*Damnum proximo non inferendum.*

NOn facies calummniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. *Lev.* 19. 13.

Non eſt bonum damnum inferre juſto. *Prov.* 17. 26

Ne dicas: Quomodo fecit mihi, ſic faciam ei: reddam unicuique ſecundum opus ſuum. *Ibid.* 24. 19. *Vide &* Cap. 20. 22

Non placeat tibi injuria injuſtorum, ſcient quoniam uſque ad inferos non placebit impius. *Eccli.* 9. 17

Jam quidem omnino delictum eſt in vobis, quod judicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? ſed vos injuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. An neſcitis, quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? 1. *Cor.* 6. 7. Luc. 6. 29. Matth. 5. 39. Rom. 12. 17

Ne quis ſupergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem ſuum. 1. *Theſſ.* 4. 6

*Ne inferatur, impediendum.*

SI occurreris bovi inimici tui, aut aſino erranti, reduc eum. Si videris aſinum odientis te jacere ſub onere, non pertranſibis, ſed ſublevabis cum eo. *Exod.* 23. 4.

Non videbis bovem fratris tui, aut ovem errantem, & præteribis: ſed reduces fratri tuo, etiam ſi non eſt propinquus frater tuus, nec noſti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te, quamdiu quærat ea frater tuus, & recipiat. Similiter facies de aſino, & de

vesti-



veſtimento, & de omni re fratris tui, quæ perierit: ſi inveneris eam, ne negligas quaſi alienam. Si videris aſinum fratris tui, aut bovem cecidiſſe in via, non deſpicies, ſed ſublevabis cum eo. *Deut.* 22. 1

*Illatum reſarciendum.*

SI quis aperuerit ciſternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos, autem aſinus in eam, reddet Dominus ciſternæ pretium jumentorum: quod autem mortuum eſt, ipſius erit. *Exod.* 21. 33. *Vide totum Cap.*

Si læſerit quiſpiam agrum vel vineam, & dimiſerit jumentum ſuum, ut depaſcatur aliena: quidquid optimum habuerit in agro ſuo, vel in vinea, pro damni æſtimatione reſtituet. Si egreſſus ignis invenerit ſpinas & comprehenderit acervos frugum, ſive ſtantes ſegetes in agris, reddet damnum, qui ignem ſuccenderit. *Exod.* 22. 5

Qui percuſſerit animal, reddet vicarium, id eſt, animam pro anima. *Levit.* 24. 18

Qui irrogaverit maculam cuilibet civium ſuorum: ſicut fecit, ſic fiet ei: fracturam pro fractura: oculum pro oculo, dentem pro dente reſtituet. *Ibid. v.* 19. *Vide totum Cap.*

Vir ſive mulier, cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ ſolent hominibus accidere, & per negligentiam tranſgreſſi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum ſuum, & reddent ipſum caput, quintamque partem deſuper ei, in quem peccaverint. Sin autem non fuerit, qui recipiat, dabunt Domino, & erit ſacerdotis, excepto ariete, qui offertur pro expiatione, ut ſit placabilis hoſtia. *Num.* 5. 6

Maledictus qui transfert terminos proximi ſui. *Deut.* 27. 17

Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori ejus: & qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus. *Prov.* 17. 5

## TITULUS IV.

*Dare eſt melius quam accipere.*

NOn ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. *Eccli.* 4. 36

Argentum & aurum, aut veſtem nullius concupivi. *Act.* 20. 33

## TITULUS V.

*Dandum ſine acceptione perſonarum, maxime autem domeſticis fidei. Vide & Eleemoſyna.*

DAtum brachiorum tuorum, & ſacrificium ſanctificationis offeres Domino, & initia ſanctorum: & pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio, & benedictio tua. *Eccli.* 35

Non agnoſcetur in bonis amicus, & non abſcondetur in malis inimicus. *Ibid.* 12. 8

Qui petit a te, da ei: & volenti mutuari a te ne avertaris. *Matth.* 5. 42

Omni autem petenti te, tribue: & qui aufert, quæ tua ſunt, ne repetas. *Luc.* 6. 30. Date, & dabitur vobis: menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. Ibid. v. 38

Neceſſitatibus ſanctorum (*eſtote*) communicantes. *Rom.* 12. 13.

Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. *Galat.* 6. 10

## TITULUS VI.

*David ſpiritualis (qui eſt Chriſtus) promittitur. Vide & Chriſtus.*

ET erit in die illa ait Dominus exercituum. Conteram jugum ejus de collo tuo, & vincula ejus dirumpam, & non dominabuntur ei amplius alieni; ſed ſervient Domino Deo ſuo, & David regi ſuo, quem ſuſcitabo eis. *Jerem.* 30. 8.

Ego autem Dominus ero eis in Deum: & ſervus meus David princeps in medio eorum: ego Dominus locutus ſum, &c. *Ezech.* 34. 24

Et ſervus meus David rex ſuper eos, & paſtor unus erit omnium eorum: in judiciis meis ambulabunt, & mandata mea cuſtodient & facient ea. *Ibid.* 37. 24. Iſa. 40. 11. Jerem. 23. 5. 33. 14.

*Davidis filius appellatur Chriſtus.*

LIber Generationis Jeſu Chriſti, filii David, &c. *Matth.* 1. 1

Ecce mulier Chananæa a finibus illis egreſſa clamavit, dicens ei: Miſerere mei Domine fili David: filia mea male a Dæmonio vexatur. *Ibid.* 15.

Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus eſt? Et nemo poterat ei reſpondere verbum: neque auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius interrogare. *Ibid.* 22. 45

Et

Et reſpondens Jeſus dicebat, docens in templo: Quomodo dicunt ſcribæ Chriſtum filium eſſe David? ipſe enim David dicit in Spiritu ſancto (*Pſalm.* 109.) Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum, &c. *Marc.* 12. 35 Luc. 20. 41.

Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de Patriarcha David, quoniam defunctus eſt & ſepultus, & ſepulcrum ejus eſt apud nos uſque in hodiernum diem. *Act.* 2. 29

Memor eſto Dominum Jeſum Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine David, ſecundum Evangelium meum, in quo laboro uſque ad vincula, quaſi male operans, ſed verbum Dei non eſt alligatum. 2. *Tim.* 2. 8

Et unus de ſenioribus dixit mihi: Ne fleveris: ecce, vicit leo de Tribu Juda, radix David, aperire librum & ſolvere ſeptem ſignacula ejus. *Apoc.* 5. 5

## TITULUS VII.

*Decimæ, & decimarum uſus.*

BEnedictus Deus (*ait Melchiſedech*) excelſus, quo protegente, hoſtes in manibus tuis ſunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. *Gen.* 14. 20

*Ait Jacob:* Cunctorumque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. *Ibid.* 28. 22

Omnes decimæ terræ, ſive de frugibus, ſive de pomis arborum, Domini ſunt, illi ſanctificantur. *Lev.* 27. 30

Filiis autem Levi dedi omnes decimas Iſrael in poſſeſſionem pro miniſterio, quo ſerviunt mihi in tabernaculo fœderis. *Num.* 18. 21. Et (*de*) univerſis quorum accipitis primitias, offerte Domino, & date Aaron Sacerdoti. Ibid. 28.

Et offeretis in loco illo holocauſta & victimas veſtras, decimas & primitias manuum veſtrarum, & vota, atque donaria, primogenita boum & ovium. *Deut.* 12. 6

Anno tertio ſeparabis aliam decimam ex omnibus, quæ naſcuntur tibi eo tempore & repones intra januas. *Ibid.* 14. 28. Cap. 26. 12

Sed & ſegetes veſtras, & vinearum reditus addecimabit, ut det eunuchis & famulis ſuis. 1. *Reg.* 8. 15

Quod cum percrebuiſſet in auribus multitudinis, plurimas obtulere primitias filii Iſrael, frumenti, vini, & olei, mellis quoque: & omnium quæ gignit humus, decimas obtulerunt. 2. *Paral.* 31. 5

Et primitias ciborum noſtrorum, & libaminum noſtrorum, & poma omnis ligni, vindemiæ quoque, & olei, afferemus ſacerdotibus ad gazophylacium Dei noſtri, & decimam partem terræ noſtræ Levitis. Ipſi Levitæ decimas accipient ex omnibus civitatibus operum noſtrorum. 2. *Eſdr.* 10. 37.

Hic enim Melchiſedech rex Salem, ſacerdos Dei ſummi, qui obviavit Abrahæ regreſſo a cæde regum, & benedixit ei: cui & decimas omnium diviſit Abraham, &c. *Hebr.* 7. 1

*Sacerdotibus debentur. Vide Sacerdotes.*

HOc erit judicium ſacerdotum a populo & ab his, qui offerunt victimas: ſive bovem, ſive ovem immolaverint, dabunt ſacerdoti armum & ventriculum. *Deut.* 18. 3

Præcepit etiam populo (*Ezechias*) habitantium Jeruſalem, ut darent partes ſacerdotibus & Levitis, ut poſſent vacare legi Domini. 2. *Paral.* 31. 4.

## TITULUS VIII.

*Dedicatio templi vel altarium.*

IGitur obtulerunt duces in dedicationem altaris, die qua unctum eſt, oblationem ſuam ante altare, dixitque Dominus ad Moyſen: Singuli duces per ſingulos dies offerant munera in dedicationem altaris, &c. *Num.* 3. 10 v. 84. 88

Mactavitque Salomon hoſtias pacificas, quas immolavit Domino, boum viginti duo millia, & ovium centum viginti millia: & dedicaverunt templum Domini Rex & filii Iſrael &c. 3. *Reg.* 8. 63. *Idem habetur.* 2. Paral. 7. 5. & 9. Fecitque die octavo collectam, eo quod dedicaſſet altare ſeptem diebus, & ſollemnitatem celebraſſet diebus ſeptem. *Vide &* 2. Paralip. 15. 8

Fecerunt autem filii Iſrael ſacerdotes & Levitæ & reliqui filiorum tranſmigrationis dedicationem domus Dei in gaudio. Et obtulerunt in dedicationem domus Dei, vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, Hircos caprarum, pro peccato totius Iſrael duodecim juxta numerum tribuum Iſrael. 1. *Eſdr.* 6. 16. *Idem habetur* 3. Eſdr. 7. 7

*Pſalmus cantici eſt in die dedicationis domus David, Pſal.* 29

Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocauſta cum lætitia, & ſacrificium ſalutaris, & laudis. Et ornaverunt faciem templi coronis aureis, & ſcutulis: & dedicaverunt portas, & paſtophoria, & impoſuerunt eis januas. 1. *Mac.* 4. 59. Et ſtatuit Judas

das



das & fratres ejus & univerſa Eccleſia Iſrael, ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis, ab anno in annum per dies octo, a quintavigeſima die menſis Caſleu cum lætitia & gaudio. Ibid. 59.

Similiter & Salomon octo diebus celebravit dedicationem. 2. *Mac.* 2. 12.

## TITULUS IX.

*Deficientium increpatio.*

NUnc autem venit ſuper te plaga, & defeciſti. *Job* 4. 5

Lædetur quaſi vinea in primo flore botrus ejus. *Ibid.* 15. 33

Qui ſpernit modica, paullatim decidet. *Eccli.* 19. 1.

Expectavit ut faceret uvas, & fecit labruſcas. *Iſaiæ* 5. 2

Concipietis ardorem, parietis ſtipulam: ſpiritus veſter, ut ignis vorabit vos. *Ibid.* 33. 11

Facti ſunt ſicut fenum agri, ... & herba tectorum, quæ exaruit. *Ibid.* 37. 27

Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus: & intuliſtis in domum, & exſufflavi illud: quam ob cauſſam dicit Dominus exercituum? quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis unuſquiſque in domum ſuam. *Aggæi* 1. 9

Quis in vobis eſt derelictus, qui vidit domum iſtam in gloria ſua prima? *Ibid.* 2. 4

Non abjicio gratiam Dei. *Galat.* 2. 21

Fratres ... ſtabiles eſtote & immobiles: abundantes in opere Domini ſemper. 1. *Cor.* 15. 58

Sic ſtulti eſtis, ut cum ſpiritu cœperitis nunc carne conſumemini. *Galat.* 3. 3

Currebatis bene: quis vos impedivit? *Ibid.* 5. 7

Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim ſuo metemus. *Ibid.* 6. 9

Spiritum nolite extinguere. 1. *Theſſ.* 5. 19

Vos autem nolite deficere benefacientes (*in Chriſto Jeſu.*) 2. *Theſſ.* 3. 13

Ut non ſegnes efficiamini. *Hebr.* 6. 12

Memor eſto, unde excideris. *Apoc.* 2. 5

*Dei Benedictio. Vide Benedictio qua Deus &c.*

*Dei Benignitas erga ſuos ſervos. Vide Bonitas & Benignitas Dei, &c.*

*Dei cultus & adoratio. Vide Cultus Dei & Adoratio Dei.*

*Dei Dilectio. Vide Dilectio Dei.*

*Dei Ira. Vide Ira Dei.*

*Dei Judicia occulta. Vide Judicia Dei occulta.*

*Dei Juſtitia. Vide Pœna divina.*

*Dei Maledictio. Vide Maledictio, qua Deus &c.*

*Dei Miſericordia. Vide Miſericordia Dei.*

*Dei Omnipotentia. Vide Miracula.*

*Dei Præcepta. Vide Præcepta Dei.*

*Dei Præſentia. Vide Præſentia Dei.*

*Dei Providentia. Vide Providentia Dei.*

*Dei Tentatio. Vide Tentatio Dei.*

*Dei Timor. Vide Timor Dei.*

## TITULUS X.

*Deriſio & Convitia.*

*Deriſor Deum offendit.*

S*Anaballat & Tobias audierunt, quod ædificarentur muri Jeruſalem, & irridebant ædificantes.* 2. *Eſdr.* 4. c.

Qui deridetur ab amico ſuo, ſicut ego, invocabit Deum, & exaudiet eum. *Job* 12. 4

Abominatio Domini eſt omnis illuſor. *Prov.* 3. 32

Ipſe deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiam. *Ibid.* v. 34

Tunc ſtabunt juſti in magna conſtantia adverſus eos, qui ſe anguſtiaverunt, & qui abſtulerunt labores eorum. *Sap.* 5. 1

Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes: Hi ſunt, quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperii. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore: Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt. *Ibid.* v. 2

Non irrideas hominem in amaritudine animæ: eſt enim qui humiliat, & exaltat circumſpector Deus. *Eccli.* 7. 2

*Videns Nicanor holocauſta, quæ offerebantur pro rege a ſacerdotibus*, irridens ſprevit eos ... & locutus eſt ſuperbe, & juravit cum ira. 1. *Mac.* 7. 34. *Vide &* Actor. 17. 32

*Proxi-*

*Proximum villipendit, non enim parcit ſimpliciter viventi.*

C*ontempſit Nabal verba nuntiorum David, dicens deridendo:* Quis eſt David? & quis eſt filius Iſai? hodie increverunt ſervi, qui fugiunt dominos ſuos. *1. Reg. 25. 10*

Michol filia Saul proſpiciens per feneſtram, vidit Regem David ſubſilientem, atque ſaltantem coram Domino: & deſpexit eum, *2. Reg. 6. 16. & deridendo dixit*; Quam glorioſus fuit hodie rex Iſrael? *Ibid.* v. 20. *Vide &* 3. Reg. 21. 7

*Mittebat Dominus Prophetas* & quotidie commonens *eos* ... At illi ſubſannabant nuntios Dei, & parvipendebant ſermones ejus, illudebantque Prophetis. *2. Paral. 36. 15*

*Tobias ab uxore & amicis ipſum irridentibus, affectus opprobrio, patientiſſime tolerat inſtar Job. Tob. 2. 16. Vide &* Actor. 2. 13

Deridetur enim juſti ſimplicitas. *Job 12. 4*

Ambulans recto itinere & timens Deum, deſpicitur ab eo, qui infami graditur via. *Prov. 14. 2.*

*Malum ſibi accendit.*

V*iri Soccot & Phanuel deriſerunt Gedeonem: Judic. 8. 6. ſed inde male eis accidit, quia male eos poſtea tractavit.* v. 16.

*Pueri illudentes Eliſeo*; Aſcende calve: *lacerati ſunt ab urſis quadraginta duo. 2. Reg. 2. 23*

Parata ſunt deriſoribus judicia: & mallei percutientes ſtultorum corporibus. *Prov. 19. 29*

Ejice deriſorem, & exibit cum eo jurgium, ceſſabuntque cauſſæ, & contumeliæ. *Ibid. 22. 10*

Illuſio & improperium ſuperborum, & vindicta ſicut leo inſidiabitur illi. *Eccli. 27. 31*

Et qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris? Cum conſummaveris deprædationem, deprædaberis: cum fatigatus deſieris contemnere, contemneris. *Iſa. 33. 1*

## TITULUS XI.

*Deſiderium præmii & fruitionis Dei.*

ET univerſa terra deſiderabat ( *videre* ) vultum Salomonis. *3. Reg. 10. 24*

Quis det, ut veniat petitio mea: & quod exſpecto, tribuat mihi Deus? *Job 6. 8*

Quis mihi tribuat, ut cognoſcam & inveniam illum? *Ibid. 23. 3*

Domine, ante te omnem deſiderium meum. *Pſal. 37. 10*

Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. *Ibid. 41. 2*

Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum. *Ibid.* v. 3

Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam. *Ibid.* v. 5

Sitivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. *Ibid. 62. 2*

Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini: *Ibid. 83. 2*

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt. *Pſal. 119. 7*

Sicut ablactatus ſuper matre ſua, ita retributio in anima mea. *Pſal. 130. 2*

Super flumina Babylonis illic ſedimus, & flevimus, dum recordaremur tui Sion. *Pſal. 136. 1*

Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. *Pſal. 142. 6*

Deſiderium ſuum juſtis dabitur. *Prov. 10. 4*

Deſiderium juſtorum omne bonum eſt. *Ibid. 11. 23*

Lignum vitæ deſiderium veniens. *Ibid. 13. 12*

Curremus in odorem unguentorum tuorum. *Cant. 1. 3*

Nomen tuum, & memoriale tuum in deſiderio animæ. *Iſaia 26. 8*

Anima mea deſideravit te in nocte. *Ibid.* v. 9

Ego autem veni, ut indicarem tibi, quia vir deſideriorum es. *Dan. 9. 23*

Noli timere vir deſideriorum: pax tibi. *Ibid. 10. 19.*

Qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret ſpiritus. *Rom. 8. 27*

Coarctor autem e duobus: deſiderium habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. *Philip. 1. 23*

Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. *Coloſſ. 3. 2*

Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vivæ gratis. *Apoc. 21. 6*

## TITULUS XII.

*Deſperatio.*

AN ignoras, quod periculoſa ſit deſperatio? *2. Reg. 2. 26*

Deſperavi, nequaquam ultra jam vivam ( *vita gratia* ) *Job 7. 16*

Non credit, quod reverti poſſit de tenebris ad lucem, circumſpectans undique gladium? *Ibid. 15. 22*

In profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea: putas ne ſaltem, ibi erit requies mihi? ( *non* ) *Ibid. 17. 16*

Quaſi evulſæ arbori abſtulit ſpem meam. *Ibid. 19. 10*





Quare factus eſt dolor meus perpetuus, & plaga mea deſperabilis renuit curari? *Jere. 15. 18*

Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua. *Ibid. 30. 12. Vide &* v. 15

Super hoc plangam & ululabo... quia deſperata eſt plaga tua. *Mich. 1. 8*

*Deſperatio pœnam multiplicat.*

DIxitque Cain ad Dominum: Major eſt iniquitas mea, quam ut veniam merear. *Geneſ. 4. 13*

Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit: ſed ſequitur eum ignominia, & opprobrium. *Prov. 18. 3*

Et dixiſti, deſperavi, nequaquam faciam: adamavi quippe alienos, & poſt eos ambulabo. *Jere. 2. 25*

Deſperavimus: poſt cogitationes enim noſtras ibimus, & unuſquiſque pravitatem cordis ſui mali faciemus. *Ibid. 18. 12*

Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam. *Epheſ. 5. 19*

*Pœnas aggravat.*

TU ergo fili hominis dic ad domum Iſrael: Sic locuti eſtis, dicentes: Iniquitates noſtræ, & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus: quomodo ergo vivere poterimus? *Ezech. 33. 10*

## TITULUS XIII.

*Detractio & Maledicentia.*
*numerantur inter gravia peccata.*

I*Mpie detraxit Joſeph innocenti & pudico domina ejus apud virum ſuum: Gen. 39. Vide & 2.* Reg. *16.* Jerem. 38. Dan. 13. 1. Mach. 7

Qui loquitur veritatem in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua, nec fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit adverſus proximos ſuos. *Pſal. 14. 3*

Detrahentes ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar. *Ibid. 100. 5*

Abſcondunt odium labia mendacia: qui profert contumeliam, inſipiens eſt. *Prov. 10. 18*

Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & ſuſurrone ſubtracto jurgia conquieſcent. *Ibid. 26. 20*

In cogitatione tua regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris diviti &c. *Eccl. 10. 20*

*Tradit Deus in reprobum ſenſum* Detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes. *Rom. 1. 30*

Timeo enim, ne forte cum venero, non quales volo, inveniam vos, & ego inveniar a vobis, qualem non vultis, ne forte contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, detractiones, &c. ſint inter vos. *2. Cor. 12. 20*

Deponentes igitur omnem malitiam & omnem dolum, & ſimulationes, & invidias, & omnes detractiones. Sicut modo geniti infantes. &c. *1. Pet. 2. 1. Vide &* v. 12

Nolite detrahere alterutrum fratres: Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem ſuum, detrahit legi, & judicat legem. *Jacob 4. 11*

Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. *Exod. 22. 28*

Non maledices ſurdo, nec coram cæco pones offendiculum: ſed timebis Dominum Deum tuum, quia ego ſum Dominus. *Levit. 19. 14*

Quare ergo non timuiſtis detrahere ſervo meo Moyſi? *Num. 12. 8*

Noli ire cum eis, neque maledicas populo, quia benedictus eſt. *Ibid. 22. 12*

Et cum ab eis receſſiſſem, detrahebant mihi. *Job. 19. 18*

Non loquentur labia mea iniquitatem (*detrahendo*). *Ibid. 27. 4*

Sepulcrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant, venenum aſpidum ſub labiis eorum. *Pſal. 13. 3*

Prohibe linguam tuam a malo. *Ibid. 33. 14*

*Detractio bonum pervertit.*

QUare detraxiſtis ſermonibus veritatis, cum e vobis nullus ſit, qui poſſit arguere me? *Job. 6. 25*

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam ſequebar bonitatem. *Pſal. 37. 21*

Quia exacuerunt, ut gladium, linguas ſuas: intenderunt arcum rem amaram, ut ſagittent in occultis immaculatum. *Ibid. 63. 4*

Subito ſagittabunt eum, & non timebunt; firmaverunt ſibi ſermonem nequam: *Ibid.* v. 5

Scrutati ſunt iniquitates (*aliorum*) *Ibid.* v. 7

Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. *Pſal. 100. 5*

Pro eo, ut me diligerent, detrahebant mihi. *Sic Phariſæi factis Chriſti. Ibid. 107. 4*

*Judicium ſubvertit.*

SI mordeat ſerpentes in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit. *Eccl. 10. 11*

Viri detractores fuerunt in te, ad effundendum ſanguinem. *Ezech. 22. 9*

*Salubriter vitatur.*

CUſtodite vos a murmuratione, quæ nihil prodeſt, & a detractione parcite linguæ. *Sap.* 1. 11

In cogitatione tua Regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris diviti: quia & aves cæli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas, annuntiabit ſententiam. *Eccleſ.* 10. 20

Non appelleris ſuſurro, & lingua tua ne capiaris & confundaris. *Eccli.* 5. 16

Suſurratori autem odium & inimicitia, & contumelia. *Ibid.* v. 17

Bona enim in mala convertens inſidiatur, & in electis imponit maculam. *Eccli.* 11. 33

Beatus qui tectus eſt a lingua nequam, qui in iracundiam illius non tranſivit, & qui non attraxit jugum illius, & in vinculis ejus non eſt ligatus: jugum enim illius, jugum ferreum eſt: & vinculum illius, vinculum æreum eſt. *Ibid.* 28. 23

Detractores Deo (*ſunt*) odibiles. *Rom.* 1. 30

Neque murmuraveritis, ſicut quidam eorum (*patrum veſtrorum*) murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore. 1. *Cor.* 10. 10

Neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. *Ibid.* 6. 10

Nolite detrahere alterutrum fratres. Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem ſuum, detrahit legi, & judicat legem. *Jacob.* 4. 11

Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & invidias, & omnes detractiones. Sicut modo geniti infantes, rationabile ſine dolo lac concupiſcite, ut in eo creſcatis in ſalutem: ſi tamen guſtaſtis, quoniam dulcis eſt Dominus. 1. *Pet.* 2. 1

*Ut non audiatur.*

REmove a te os pravum, & detrahentia labia ſint procul a te. *Prov.* 4. 24

Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurum obligat. *Ibid.* 13. 13

Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perveniunt ad intima ventris. *Ibid.* 26. 22

Ventus Aquilo diſſipat pluvias, & facies triſtis linguam detrahentem. *Ibid.* 25. 23

Abominatio hominum detractor. *Ibid.* 24. 9

Cum detractoribus ne commiſcearis: quoniam repente conſurget perditio eorum: & ruinam utriuſque quis novit? *Ibid.* v. 21

Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & ſuſurrone ſubtracto jurgia conquieſcent. *Ibid.* 26. 20

Suſurro coinquinabit animam ſuam, & in omnibus odietur. *Eccli.* 21. 31

Sepi aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito oſtia, & ſeras. *Ibid.* 28. 28

## TITULUS XIV.

*Deus.*

*Eſt omnipotens, & nihil ei impoſſibile.*

POſtquam vero (*Abraham*) nonaginta & novem annorum eſſe cœperat, apparuit ei Dominus, dixitque ad eum: Ego Deus omnipotens: ambula coram me, & eſto perfectus. *Gen.* 17. 1. c. 43. 14. c. 48. 3

Numquid Deo quidquam eſt difficile? Juxta condictum revertar ad te, hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium. *Ibid.* 18. 14

Ego Deus omnipotens, creſce & multiplicare: gentes & populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur. *Ibid.* 35. 11

Deus autem meus omnipotens, faciat vobis eum placabilem. *Gen.* 43. 14

Scio, (*Deus*) quia omnia potes. *Job.* 42. 2

*Deus*, & virtuti brachii tui quis reſiſtet? *Sap.* 11. 22. *Vide* Iſa. 40. 10

Numquid manus Domini invalida eſt? Jam nunc videbis utrum meus ſermo opere compleatur. *Num.* 11. 23

Dixit autem Jonathas ad adoleſcentem armigerum ſuum: Veni, tranſeamus ad ſtationem circumciſorum horum, ſi forte faciat Dominus pro nobis: quia non eſt Domino difficile ſalvare, vel in multis, vel in paucis. 1. *Reg.* 14. 6

Heu, heu, heu Domine Deus: ecce tu feciſti cælum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento: non erit tibi difficile omne verbum. *Jerem.* 32. 17

Si videbitur difficile in oculis... populi... numquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituum? *Zach.* 8. 6

*Ait Jeſus*: Apud homines hoc impoſſibile eſt: apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt. *Matt.* 19. 17. *Idem* Marc. 10. 27

Omnia enim poſſibilia ſunt apud Deum. *Marc.* 19. 27. *Vide* 14. 36. Epheſ. 3. 20. Apoc. 19. 6

Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. *Luc.* 1. 37

Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum. *Ibid.* 18. 27

*Omnia regit & gubernat pro ſua voluntate.*

NOlite timere: num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? Vos cogitaſtis de me (*Joſeph*) malum: ſed Deus vertit illud in bonum. *Gen.* 50. 19. *Vide* Gen. 45. 5





Sed recorderis Domini Dei tui, quod ipſe vires tibi præbuerit, ut impleret pactum ſuum, &c. *Deut.* 8. 18. *Vide* 1. Reg. c. 9

Non enim eſt alius Deus, quam tu, cui cura eſt de omnibus, ut oſtendas, quoniam non injuſte judicas judicium. *Sap.* 12. 13. *Vide &* Tob. 7. 21

*Deus* tranſtulit montes, & neſcierunt hi, quos ſubvertit in furore ſuo. *Job.* 9. 5

Apud ipſum eſt ſapientia & fortitudo, ipſe habet conſilium, & intelligentiam. *Ibid.* 12. 13

Niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam, &c. *Pſal.* 126. 1. *per totum.*

Dominus in cælo paravit ſedem ſuam: & regnum ipſius omnibus dominabitur. *Pſ.* 102. 19.

Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impium quoque ad diem malum. *Prov.* 16. 4. Cor hominis diſponit viam ſuam: ſed Domini eſt dirigere greſſus ejus. Ibid. 9

Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem Domini permanebit. *Prov.* 19. 21

A Domino diriguntur greſſus viri: quis autem hominum intelligere poteſt viam ſuam? *Ibid.* 20. 24

Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum. *Ibid.* 21. 30

Sicut diviſiones aquarum, ita cor regis in manu Domini: quocumque voluerit inclinabit illud. *Ibid.* 21. 1. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum. Ibid. 30.

Indulſiſti genti Domine, indulſiſti genti: numquid glorificatus es? elongaſti omnes terminos terræ. *Iſa.* 26. 15

Ego Dominus faciens omnia hæc. *Ibid.* 45. 7. Jer. 27. 5

Scio Domine, quia non eſt hominis via ejus: nec viri eſt ut ambulet, & dirigat greſſus ſuos. *Jerem.* 10. 23

Et ipſe mutat tempora & ætates: transfert regna, atque conſtituit: dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus, diſciplinam, &c. *Dan.* 2. 21

Tolle quod tuum eſt, & vade: volo autem & huic noviſſimo dare ſicut & tibi. *Matt.* 20. 14

Moyſi enim dicit: Miſerebor cujus miſereor: & miſericordiam præſtabo cujus miſerebor. *Rom.* 9. 15. Exod. 33. 19

Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle, & perficere pro (*ſua*) bona voluntate. *Philip.* 2. 13

*Deus*, Tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata ſunt. *Apoc.* 4. 11. Philipp. 2. 13.

*Eſt Pater omnium fidelium ipſi obtemperantium.*

HÆccine reddis Domino popule ſtulte, & inſipiens? numquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creavit te? *Deut.* 32. 6. Prov. 1. 7. Jer. 3. 4

Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe: quoniam ipſe cognovit figmentum noſtrum. *Pſ.* 102. 13.

Convertimini filii revertentes, dicit Dominus: quia ego vir veſter: & aſſumam vos unum de civitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion. *Jerem.* 3. 14. Ego autem dixi: Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram deſiderabilem, hereditatem præclaram exercituum gentium? Et dixi: Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis. Ibid. 19

Filius honorat patrem, & ſervus Dominum ſuum: ſi ergo Pater ego ſum, ubi eſt honor meus? Et ſi Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus? dicit Dominus exercituum. *Malach.* 1. 6

Sic ergo vos orabitis: Pater noſter, qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum. *Matth.* 6. 9. Luc. 11. 2. *Idem habetur.*

Sic non eſt voluntas ante Patrem veſtrum, qui in cælis eſt, ut pereat unus de puſillis iſtis. *Ibid.* 18. 14

Dicit ei Jeſus: Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum: Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum. *Joan.* 20. 17. 1. Cor. 8. 6

Non enim accepiſtis Spiritum ſervitutis iterum in timore, ſed accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, Pater. *Rom.* 8. 15

Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: ut poſſimus & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt, &c. 2. *Cor.* 1. 3. Epheſ. 1. 3

Propter quod exite de medio eorum (infidelium) & ſeparamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens. *Ibid.* 6. 17. Epheſ. 3. 14.

Unus Deus, & Pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia & in omnibus nobis. *Epheſ.* 4. 6. 2. Theſſ. 1. 1. 2

Ipſe autem Dominus noſter Jeſus Chriſtus, & Deus & Pater noſter, qui dilexit nos, & dedit conſolationem æternam, & ſpem bonam in gratia. 1. *Theſ.* 7. 15

*Deus eſt verax & fidelis.*

QUo (*Domino Deo*) tranſeunte coram eo (*Moyſe*), ait: Dominator Domine Deus, miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis, ac verax. Qui cuſtodis miſericordiam

in millia: qui auſers iniquitatem, & ſcelera atque peccata, nullusque apud te per ſe innocens eſt. *Exod.* 34. 6

Non eſt Deus quaſi homo ut mentiatur: nec ut filius hominis, ut mutetur. *Num.* 23. 19

Et ſcies, quia Dominus Deus tuus, ipſe eſt Deus fortis, & fidelis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus ſe, & his, qui cuſtodiunt præcepta ejus in mille generationes: & reddens odientibus ſe ſtatim, ita ut diſperdat eos, & ultra non differat, protinus eis reſtituens quod merentur. *Deut.* 7. 9

Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ ejus judicia: Deus fidelis, & abſque ulla iniquitate, juſtus & rectus. *Ibid.* 32. 4

Porro Triumphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur: neque enim homo eſt ut agat pœnitentiam. 1. *Reg.* 15. 29

Reges videbunt, & conſurgent principes, & adorabunt propter Dominum, quia fidelis eſt, & ſanctum Iſrael, qui elegit te. *Iſa.* 49. 7. 1. Cor. 1. 9

Qui accepit ejus teſtimonium, ſignavit quia Deus verax eſt. *Joan.* 3. 33

Multa habeo de vobis loqui & judicare: ſed qui me miſit, verax eſt: & ego quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo. *Ibid.* 8. 26

Eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax. *Rom.* 3. 4

Tentatio vos non apprehendat, niſi humana: Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione proventum, ut poſſitis ſuſtinere. 1. *Cor.* 10. 13

Fidelis eſt, qui vocavit vos: qui etiam faciet. 1. *Theſ.* 5. 24

Fidelis autem Deus eſt, qui confirmabit vos, & cuſtodiet a malo. 2. *Theſ.* 3. 3. Apoc. 3. 7. 14

Si ſuſtinebimus & conregnabimus: ſi negaverimus, & ille negabit nos: ſi non credimus, ille fidelis permanet: negare ſeipſum non poteſt, 2. *Tim.* 2. 12. ad Titum 1. 2

Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & juſtus, ut remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. 1. *Joan.* 1. 9. c. 5. 20

*Deus eſt in eſſentia unus, præter quem non eſt alius.*

DIxit Deus ad Moyſen: Ego ſum, qui ſum. Ait: Sic dices filiis Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos. *Exod.* 3. 14

Dominus ipſe eſt Deus, & non eſt alius præter eum. *Deut.* 4. 35. Ibid. 10. 17

Audi Iſrael: Dominus Deus noſter, Dominus unus eſt. *Ibid.* 6. 4. Ibid. 7. 9

Videte, quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me: ego occidam & ego vivere faciam: percutiam, & ego ſanabo, & non eſt, qui de manu mea poſſit eruere. *Ibid.* 32. 39. Ibid. 10. 17. 3. Reg. 18. 36. 37

Idcirco magnificatus es Domine Deus, quia non eſt ſimilis tui, neque eſt Deus extra te in omnibus quæ audivimus auribus noſtris. 2. *Reg.* 7. 22. 3. Reg. 8. 60

Non enim eſt alius Deus quam tu, cui cura eſt de omnibus, ut oſtendas, quoniam non injuſte judicas judicium. *Sap.* 12. 13

Et oravit Ezechias ad Dominum dicens: Domine exercituum, Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubim, tu es Deus ſolus omnium regnorum terræ, tu feciſti cælum & terram. Inclina Domine aurem tuam & audi, &c. *Iſa.* 37. 15

Vos teſtes mei dicit Dominus, & ſervus meus, quem elegi: ut ſciatis & credatis mihi, & intelligatis, quia ego ipſe ſum. Ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit. *Ibid.* 43. 10. Tob. 13. 4

Hæc dicit Dominus rex Iſrael, & redemptor ejus Dominus exercituum: Ego primus & ego noviſſimus, & abſque me non eſt Deus. *Ibid.* 44. 6. v. 24. & c. 45. *per totum.*

Recordamini prioris ſæculi, quoniam ego ſum Deus, & non eſt ultra Deus, nec eſt ſimilis mei: *Ibid.* 46. 9

Ego autem Dominus Deus tuus ex terra Ægypti: & Deum abſque me neſcies, & ſalvator non eſt præter me. *Oſea* 13. 4

Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis, ſic in conſpectu noſtro magnificaberis in eis, ut cognoſcant te, ſicut & nos cognovimus, quoniam non eſt Deus præter te Domine. *Eccl.* 36. 4

Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Deus unus eſt. *Marc.* 12. 29

Hæc eſt autem vita æterna: ut cognoſcant te, ſolum Deum verum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. *Joan.* 17. 3

Nam etſi ſunt, qui dicantur Dii, ſive in cælo ſive in terra (ſiquidem ſunt Dii multi & Domini multi): nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illum: & unus Dominus Jeſus Chriſtus per quem omnia, & nos per ipſum. 1. *Cor.* 8. 5

Mediator autem unius non eſt: Deus autem unus eſt. *Gal.* 3. 20

Unus Deus & Pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. *Epheſ.* 4. 6





Unus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Jeſus: qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus. 1. *Tim.* 2. 5

*Deus eſt trinus in perſonis. Vide Trinitas:*

*Deus æternus eſt, nec principium habet, ſed eſt ipſe principium & finis.*

ABraham invocavit ibi nomen Domini, Dei æterni. *Gen.* 21. 33

Dominus regnabit in æternam & ultra. *Exod.* 15. 18

Ecce Deus magnus, vincens ſcientiam noſtram: numerus annorum ejus inæſtimabilis. *Job. cap.* 36. 26

Quis hæc operatus eſt, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus primus & noviſſimus Ego ſum. *Iſa.* 41. 4. Dan. 7. 9

Vos teſtes mei, dicit Dominus, & ſervus meus, quem elegi, ut ſciatis & credatis mihi: & intelligatis, quia ego ipſe ſum. Ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit. *Ibid.* 43. 10

Ego primus & ego noviſſimus, & abſque me non eſt Deus. *Ibid.* 44. 6. Cap. 57. 15. Rom. 16. 26.

Audi me Jacob, & Iſrael, quem ego voco: ego ipſe, ego primus, & ego noviſſimus. *Ibid.* 48. 12

Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi: virga æquitatis, virga regni tui. *Hebr.* 1. 8

Ego ſum Alpha & Omega, Principium & finis, dicit Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt omnipotens. *Apoc.* 1. 8. *Vide & v.* 17. *Item* cap. 21. 6. *Item* c. 22. 13

*Deus novit, audit, & videt omnia.*

LOcutaque eſt Maria & Aaron contra Moyſen propter uxorem ejus Æthiopiſſam, & dixerunt: Num per ſolum Moyſen locutus eſt Dominus? nonne & nobis ſimiliter eſt locutus? quod cum audiſſet Dominus, *iratus eſt. Num.* 12. 1

Scio enim cogitationes ejus, quæ facturus ſit hodie, antequam introducam eum in terram, quam ei pollicitus ſum. (*De Joſue duce loquitur Deus*) *Deut.* 41. 21

Nolite multiplicare loqui ſublimia, gloriantes: recedant vetera de ore veſtro: quia Deus ſcientiarum Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes. 1. *Reg.* 2. 3

Nec juxta intuitum hominis ego judico: homo enim videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor. *Ibid.* 16. 7

Omnia enim corda ſcrutatur Dominus, & univerſas mentium cogitationes intelligit. 1. *Par.* 28. 9

Oculi enim Domini contemplantur univerſam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum. 2. *Par.* 16. 9

An non cogitas, quod Deus excelſior cælo ſit, & ſuper ſtellarum verticem ſublimetur? & dicis: quid enim novit Deus? &c. &c. *Job.* 22. 12

Ipſe enim fines mundi intuetur: & omnia quæ ſub cælo ſunt, reſpicit. *Ibid.* 28. 24

Nonne ipſe conſiderat vias meas & cunctos greſſus meos dinumerat? *Ibid.* 31. 4. *Idem* Prov. 5. 21

Reſpondens autem Job Domino, dicit: Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. *Ibid.* 42. 2

Conſumetur nequitia peccatorum, & diriges juſtum: ſcrutans corda & renes Deus. *Pſal.* 7. 10

De cælo reſpexit Dominus, vidit omnes filios hominum. *Ibid.* 32. 13

Oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum: Vultus autem Domini ſuper facientes mala. *Ibid.* 33. 16

Domine, ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus a te non eſt abſconditus. *Ibid.* 37. 10

Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: ſæculum noſtrum in illuminatione vultus tui. *Ibid.* 89. 8

Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non conſiderat? &c. *Ibid.* 93. 9. Dominus ſcit cogitationes hominum. Ibid. 11. 3. Reg. 8. 39. 2. Paral. 6. 30

Ecce Domine tu cognoviſti omnia, noviſſima & antiqua: tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. *Ibid.* 138. 5

Reſpicit Dominus vias hominis, & omnes greſſus ejus conſiderat. *Prov.* 5. 21. *Vide &* Job. 14. 16. c. 31. 4. c. 34. 21

In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. *Prov.* 15. 3. Infernus & perditio coram Domino, quanto magis corda filiorum hominum. *Ibid.* 11. Cap. 24. 12

Væ qui profundi eſtis corde, ut a Domino abſcondatis conſilium: quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos? & quis novit nos? *Iſa.* 29. 15

Quare dicis Jacob, & loqueris Iſrael. Abſcondita eſt via mea a Domino, & a Deo meo judicium meum tranſivit? Numquid neſcis, aut non audiſti: Deus ſempiternus Dominus — nec eſt inveſtigatio ſapientiæ ejus. *Iſa.* 40. 27. *Vide &* c. 48. 4.

Priuſquam te formarem in utero, novi te; & antequam exires de vulva, ſanctificavi te, & Prophetam in gentibus dedi te. (*ad Prophetam loquitur*). *Jerem.* 1. 5

Ego, ego ſum: ego vidi, dicit Dominus. *Jerem.* 7. 11.

Tu autem Domine Sabaoth, qui judicas juſte, & probas renes & corda. *Ibid.* 11. 20.

Et tu Domine exercituum, probator juſti, qui vides renes & cor. *Ibid.* 20. 12

Si occultabitur vir in abſconditis: & ego non videbo eum, dicit Dominus? numquid non
cælum & terram ego impleo, dicit Dominus? Audivi, quæ dixerunt Prophetæ &c. *Jerem.* 23. 24
Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes: qui do unicuique juxta viam ſuam, & juxta
fructum adinventionum ſuarum. *Ibid.* 17. 10
Magnus conſilio & incomprehenſibilis cogitatu: Cujus oculi aperti ſunt ſuper omnes vias fi-
liorum Adam, ut reddas unicuique ſecundum vias ſuas, & ſecundum fructum adinventionum
ejus. *Ibid.* 32. 19
Cogitationes cordis veſtri ego novi, *dicit Dominus*. *Ezech.* 11. 5
Oculi Domini ad timentes eum, & ipſe agnoſcit omnem operam hominis. *Eccli.* 15. 20
Non dicas: A Deo abſcondar, ex ſummo quis mei memorabitur? — Ecce cælum & cæli
cælorum, abyſſus, & univerſa terra, & quæ in eis ſunt, in conſpectu illius commovebuntur,
montes ſimul & colles, & fundamenta terræ: cum conſpexerit illa Deus, tremore concutien-
tur. — & omne cor intelligitur ab illo. *Eccli.* 16. 16
Viæ illorum coram ipſo (*Deo*) ſunt ſemper, non ſunt abſconſæ ab oculis illius. In unam-
quamque gentem præpoſuit rectorem, & pars Dei Iſrael facta eſt manifeſta. Et omnia opera
illorum velut ſol in conſpectu Dei: & oculi ejus ſine intermiſſione inſpicientes in viis eorum
&c. &c. *Ibid.* 17. 13
Et non intelligit impius quoniam omnia videt oculus illius (*Dei*) — Et non cognovit quo-
niam oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem circumſpicientes omnes vias homi-
num, & profundum abyſſi, & hominum corda intuentes in abſconditas partes. Domino enim Deo
antequam crearentur, omnia ſunt agnita; ſic & poſt perfectum reſpicit omnia. *Ibid.*
*cap.* 23. 27
Opera omnis carnis coram illo, & non eſt quidquam abſconditum ab oculis ejus. *Eccli.* 39. 24
Auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abſcondetur. *Sap.* 1. 10
Sed qui univerſa conſpicit Dominus Deus Iſrael; percuſſit eum inſanabili & inviſibili plaga
(*Antiochum*) 2. *Mach.* 9. 5
Cumque cohors Judæ prima apparuiſſet, timor hoſtibus incuſſus eſt præſentia Dei, qui uni-
verſa conſpicit. 2. *Mach.* 12. 22
Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua: ut ſit eleemo-
ſyna tua in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. *Matth.* 6. 3
Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, & ſtatim invenietis aſinam alligatam &c. *Matth.* 21.
2. Marc. 51. 1. Luc. 19. 30
*Murmurantibus Scribis & dicentibus in cordibus ſuis*. Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus
Deus? Quo ſtatim cognito Jeſus ſpiritu ſuo, quia ſic cogitarent intra ſe, dicit illis: Quid iſta
cogitatis in cordibus veſtris? *Marc.* 2. 7. Matt. 9. 1. Luc. 5. 18
Et mittit (*Jeſus*) duos ex diſcipulis ſuis, & dicit eis: Ite in civitatem, & occurret vobis
homo lagenam aquæ bajulans. *Marc.* 14. 13. *Vide &* v. 15. Luc. 22. 10
Vidit Jeſus Nathanael... & dicit de eo: Ecce vere Iſraelita &c. *Joan.* 1. 47. v. 48. *ad finem*.
Et proteſtatus eſt (*Jeſus*), & dixit: Amen amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me.
*Joan.* 13. 21. Matth. 26. 21. Marc. 14. 18. Luc. 22. 21.
Nunc ſcimus, quia ſcis omnia, & non eſt opus tibi, ut quis te interroget: in hoc credi-
mus; quia a Deo exiſti. *Ibid.* 16. 30
Novit corda Deus. *Act.* 15. 8
*Petrus ait*: Domine tu omnia noſti: tu ſcis, quia amo te. *Joan.* 21. 17
Qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret ſpiritus: quia ſecundum Deum poſtulat pro
Sanctis. *Rom.* 8. 27
Ita loquimur, non quaſi hominibus placentes, ſed Deo, qui probat corda noſtra. 1. *Theſſ.* 2. 4
Quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrum: major eſt Deus corde noſtro, & novit omnia.
1. *Joan.* 3. 20
Et non eſt ulla creatura inviſibilis in conſpectu ejus: omnia autem nuda & aperta ſunt ocu-
lis ejus. *Hebr.* 4. 13
Et ſcient omnes Eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutans renes & corda. *Apoc.* 2. 23. Pſal. 7. 10.
Jerem. 11. 10. c. 17. 10

*Deum nemo poteſt videre in hoc vita mortali.*

A*It Moyſi Deus*: Non poteris videre faciem meam; non enim videbit me homo, & videt.
*Exod.* 33. 20
Locutus eſt Dominus ad vos, de medio ignis. Vocem verborum ejus audiſtis, & formam
penitus non vidiſtis. *Deut.* 4. 12
Deum nemo vidit umquam. Unigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe enarravit. *Joan.*
1. 18. *Idem* 1. Joan. 4. 12
Patrem non vidit quiſquam. *Ibid.* 6. 46
Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inacceſſibilem: quem nullus homi-
num vidit, ſed nec videre poteſt: cui honor & imperium ſempiternum. Amen. 1. *Tim.* 6. 16





*Deus & divina non poſſunt humana induſtria aut ingenio ſine revelatione comprehendi.*

APparuit autem Dominus Salomoni per ſomnium nocte, dicens: Poſtula quod vis, ut dem
tibi. 3. *Reg.* 3. 5
Spiritus eſt in hominibus, & inſpiratio Omnipotentis dat intelligentiam. *Job.* 32. 8
(*Deus*) qui docet hominem ſcientiam. *Pſal.* 93. 10. *Vide &* Pſal. 118. *per totum*.
Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam, quia in te ſperavi. *Pſal.* 142. 8
Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus.
*Sap.* 9. 13
Univerſos filios tuos doctos a Domino. *Iſa.* 54. 13. *Vide &* Joannis. Cap. 6. 45
In illo tempore reſpondens Jeſus, dixit: Confiteor tibi pater, Domine cæli & terræ, quia
abſcondiſti hæc a ſapientibus... & revelaſti ea parvulis. *Matt.* 11. 25. *Idem* Luc. 10. 21
Vobis datum eſt, noſſe myſteria regni cælorum: illis autem non eſt datum. *Ibid.* 13. 11.
*Idem* Luc. 8. 10
Beatus eſt Simon Bar-Jona; quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed pater meus, qui in
Cælis eſt. *Ibid.* 16. 17
*Chriſtus aperuit diſcipulis ſenſum*, ut intelligerent ſcripturas. *Luc.* 24. 45
In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit. *Joan.* 1. 10
Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui me miſit, traxerit eum. *Ibid.* 6. 44
*Chriſtus dicit*: Manifeſtavi nomem tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo &c. *Ibid.* 17. 6
Cujus Dominus aperuit cor, intendere his, quæ dicebantur a Paulo. *Act.* 16. 14
Quod notum eſt Dei, manifeſtatum eſt in illis. Deus enim illis manifeſtavit. *Rom.* 1. 9
O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei: Quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus?
& inveſtigabiles viæ ejus? Quis enim cognovit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius ejus fuit?
*Ibid.* 11. 33
*Sapientiam Dei nemo principum hujus ſæculi cognovit: &c. per totum caput.* 1. *Cor.* 2.
Notum enim vobis facio, fratres Evangelium, quod evangelizatum eſt a me, quia non eſt
ſecundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, ſed per revelatio-
nem Jeſu Chriſti. *Gal.* 1. 11. *Vide &* Epheſ. 3. 3

*Deus eſt immenſus, & incircumſcriptibilis.*

ERgone putandum eſt, quod vere Deus habitet ſuper terram? Si enim cælum & cæli cælorum
te capere non poſſunt, quanto magis domus hæc quam ædificavi? 3. *Reg.* 8. 27
Quis ergo poterit prævalere, ut ædificet ei dignam domum? ſi cælum & cæli cælorum capere eum
nequeunt: quantus ego ſum, ut poſſim ædificare ei domum? 2. *Paral.* 2. 6. Cap. 6. 18
Excelſior cælo eſt, & quid facies? profundior inferno, & unde cognoſces? *Job.* 11. 8
Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades &c. *Pſal.* 138. 8. *Vide* Amos. 9. 2.
Spiritus Domini replevit orbem terrarum. *Sap.* 1. 7. *Vide* Iſaiæ 6. 3. Matth. 6. 34. Actor. 7. 48
Hæc dicit Dominus: Cælum ſedes mea, terra autem ſcabellum pedum meorum: quæ eſt iſta
domus, quam ædificabitis mihi? *Iſa.* 66. 1
Si occultabitur vir in abſconditis: & ego non videbo eum, dicit Dominus? numquid non
cælum & terram ego impleo, dicit Dominus? *Jerem.* 23. 24
Si deſcenderint uſque ad infernum, inde manus mea educet eos: & ſi aſcenderint uſque in
cælum, inde detraham eos, &c. *Amos* 9. 2.

*Deus teſtatur ſe Deum, id eſt Salvatorem, & Conſolatorem Iſrael, omniumque eorum, qui rite ipſum colunt & invocant.*

ET ſtatuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te, in generationibus
ſuis, fœdere ſempiterno: ut ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te. *Gen.* 17. 7. *Vide &*
v. 1. Exod. 6. 2
Ego ſum Dominus Deus tuus; qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſervitutis. *Exod.*
20. 2. Pſ. 80. 11
Et habito in medio filiorum Iſrael, eroque eis Deus, & ſcient, quia ego Dominus Deus
eorum, qui eduxi eos de terra Ægypti, ut manerem inter illos, ego Dominus Deus ipſorum
*Ibid.* 29. 45
Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & non abjiciet vos anima mea, &c. *Levit.* 26.
11. 2. Cor. 6. 16
Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus: Deus meus adjutor
meus & ſperabo in eum: protector meus, & cornu ſalutis meæ, & ſuſceptor meus.
*Pſal.* 17. 3
Miſerans miſerebitur tui (*Deus*): ad vocem clamoris tui, ſtatim ut audierit, reſpondebit
tibi. &c. *Iſa.* 30. 19
Hoc erit pactum, quod feriam cum domo Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: Dabo le-
gem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam: & ero eis in Deum, & ipſi
erunt mihi in populum. *Jere.* 31. 33. Hebr. 10. 16

Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum. *Jere.* 32. 38

Et ſalvos eos faciam de univerſis ſedibus, in quibus peccaverunt, & emundabo eos, & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus. *Ezech.* 37. 23

*Deus eſt Dominus, ac Creator cœli & terræ. Vide Creator. Deus nihil eorum quæ fecit, odit.*

DIligis enim omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti: nec enim odiens aliquid conſtituiſti, aut feciſti. *Sap.* 11. 25

*Deus eſt judex totius mundi, reddens unicuique prout geſſit.*

ABſit á te (*Deus*), ut rem hanc facias, & occidas juſtum cum impio &c. *Gen.* 18. 25

Opus enim hominis reddet ei, & juxta vias ſingulorum reſtituet eis. *Job.* 34. 11

Et tibi Domine miſericordia: quia tu reddes unicuique juxta opera ſua. *Pſal.* 61. 13

Judicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate ſua. *Pſal.* 95. 13

*Deus* non ſecundum viſionem oculorum judicabit, neque ſecundum auditum aurium arguet: ſed judicabit in juſtitia pauperes, & arguet in æquitate. *Iſa.* 11. 3. *Vide* Matth. 25. 31. *uſque ad finem.* Actor. 17. 31

Ego Dominus ſcrutans cor & probans renes: qui do unicuique juxta viam ſuam, & juxta fructum adinventionum ſuarum. *Jerem.* 17. 10

Et reddam eis ſecundum opera eorum, & ſecundum facta manuum ſuarum. *Ibid.* 25. 14

Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet unicuique ſecundum opera ejus. *Matt.* 16. 27. *Idem* 25. 31

Quæ reddet unicuique ſecundum opera ejus. *Rom.* 2. 6

Uniſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. 1. *Cor.* 3. 8. Galat. 6. 5.

In reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ; quam reddet mihi Dominus in illa die, judex juſtus: non ſolum autem mihi, ſed & iis, qui diligunt adventum ejus. 2. *Tim.* 4. 8

*Deo ſoli attributa, ſubinde in ſcripturis & aliis per communicationem tribuuntur; ut:*

*Vocabulum Deus, ſoli Deo tribuitur.*

AUdi Iſrael, Dominus Deus noſter, Dominus unus eſt. *Deut.* 6. 4. Marc. 12. 29

Videte, quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me &c. *Ibid.* 32. 39

Non eſt ſanctus, ut eſt Dominus: neque enim eſt alius extra te, & non eſt fortis ſicut Deus noſter. 1. *Reg.* 2. 2

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus ſolus. *Pſal.* 85. 10. *Vide &* 2. Mach. 7. 37

*Vocabulum Deus, etiam aliis tribuitur.*

DIxitque Dominus ad Moyſen. Ecce conſtitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit Propheta tuus. *Exod.* 7. 1

Si latet fur, Dominus domus applicabitur ad Deos, & jurabit, quod non extenderit manum in rem proximi ſui. *Ibid.* 22. 8

Dixit *mulieri* rex: Noli timere: quid vidiſti? Et ait mulier ad Saul: Deos vidi aſcendentes de terra. 1. *Reg.* 28. 13

Ego dixi: Dii eſtis, & filii excelſi omnes. *Pſal.* 81. 6. *Vide* Joan. 10. 34

Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham: quoniam Dii fortes terræ vehementer elevati ſunt. *Pſal.* 46. 10

*Deus ſolus bonus.*

QUid me interrogas de bono? Unus eſt bonus, Deus. *Matt.* 19. 17

Quid me dicis bonum? Nemo bonus, niſi ſolus Deus. *Luc.* 18. 19

*Aliis tribuitur bonitas.*

VIditque Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. *Gen.* 1. 31. Eccli. 39. 21. Gen. 3. 6. 49. 15

Terra quam circuivimus, valde bona eſt. *Num.* 14. 7

Reſpondens autem Achis, locutus eſt ad David: Scio quia bonus es tu in oculis meis, ſicut Angelus Dei. 1. *Reg.* 29. 9

Et ait Rex: (*David*) Vir bonus eſt: & nuntium portans bonum, venit. 2. *Reg.* 18. 27

Tunc introivit Vagao ad Judith, & dixit: Non vereatur bona puella introire ad Dominum meum. *Judith.* 12. 12. *Vide* v. 14

Laudate Dominum, quoniam bonus eſt Pſalmus, Deo noſtro ſit jucunda, decoraque laudatio. *Pſal.* 146. 1

Qui invenit mulierem bonam, invenit bonum: & hauriet jucunditatem a Domino. *Prov.* 18. 22

Melius eſt nomen bonum, quam divitiæ multæ: ſuper argentum & aurum, gratia bona. *Ibid.* 22. 1. Eccleſ. 7. 2

Puer autem eram ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam. *Sap.* 8. 19

Qui ſibi nequam eſt, cui alii bonus erit? & non jucundabitur in bonis ſuis. *Eccli.* 14. 5

Omnis arbor bona, fructus bonos facit. *Matth.* 7. 17

Et Reſpondens petrus ait Jeſu, Rabbi, bonum eſt nos hic eſſe: & faciamus tria tabernacula. *Marc.* 9. 4. Bonum eſt ſal: quod ſi ſal inſulſum fuerit, in quo illud condietis? Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos. Ibid. 49





Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum: & malus homo de malo theſauro profert malum. *Luc.* 6. 45

*Deus ſolus ſanctus.*

NOn eſt ſanctus ut eſt Dominus: neque enim eſt alius extra te, &c. 1. *Reg.* 2. 2

*Aliis ſanctitas tribuitur.*

D*Eus Moyſi*: Ne appropries, inquit, huc: ſolve calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. *Exod.* 3. 5. *Idem* Joſue 5. 15

Dies prima erit ſancta atque ſollemnis, & dies ſeptima eadem feſtivitate venerabilis. *Ibid.* 12. 16

Viri ſancti eritis mihi: carnem quæ a beſtiis fuerit prægustata, non comedetis, ſed projicietis canibus. *Ibid.* 22. 31

Fecitque veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. *Ibid.* 28. 2

Arietem autem conſecrationis tolles, & coques carnes ejus in loco ſancto. *Ibid.* 29. 31

Sanctificabiſque omnia, & erunt ſancta ſanctorum · qui tetigerit ea, ſanctificabitur. *Ibid.* 30. 29

Ego enim ſum Dominus Deus veſter: ſancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. *Levit.* 11. 44. 1. Pet. 1. 16

Cum ſancto ſanctus eris: & cum robuſto perfectus. 2. *Reg.* 22. 26. Pſal. 17. 26

Quæ (*ſcilicet Sunamitida*) dixit ad virum ſuum: Animadverto, quod vir Dei ſanctus eſt iſte, qui tranſit per nos frequenter. 4. *Reg.* 4. 9

Et dixerunt illi (*Judith*) Ozias, & Presbyteri: --- Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier ſancta es, & timens Deum. *Judith.* 8. 28

Adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. *Pſal.* 5. 8

*Deus ſolus fortis.*

NOn eſt ſanctus ut eſt Dominus, neque enim eſt alius extra te, & non eſt fortis ſicut Deus noſter. 1. *Reg.* 2. 2

*Aliis fortitudo tribuitur.*

NEquaquam inquit, Jacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines prævalebis. *Gen.* 32. 28

Quoniam alieni inſurrexerunt adverſum me, & fortes quæſierunt animam meam. *Pſal.* 53. 5

Hæc dicit Dominus: Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua: & non glorietur fortis in fortitudine ſua --- ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me, &c. *Jerem.* 8. 23

Quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa ejus diripere, niſi prius alligaverit fortem: & tunc domum illius diripiet. *Matth.* 12. 29. *Idem* Marc. 3. 27

Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet. *Luc.* 11. 21

Cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes eamdem paſſionem ei, quæ in mundo eſt, veſtræ fraternitati fieri. 1. *Petr.* 5. 9

*Deus ſolus juſtus.*

SOlus es bonus Rex, ſolus præſtans, ſolus juſtus, & omnipotens, & æternus, &c. 2. *Mac.* 1. 24

*Alii quoque juſti.*

DIxitque Dominus ad eum (*Noe*) Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam: te enim vidi juſtum coram me in generatione hac. *Gen.* 7. 1

Numquid perdes juſtum cum impio? *Ibid.* 18. 23

Oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum. *Pſal.* 33. 16

Juſti autem hereditabunt terram: & inhabitabunt in ſæculum ſæculi ſuper eam. *Ibid.* 36. 29

Juſti autem in perpetuum vivent, & apud Dominum eſt merces eorum, & cogitatio illorum apud Altiſſimum. *Sap.* 5. 16

Joſeph autem vir ejus, cum eſſet juſtus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. *Matth.* 1. 19

Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet, & qui recipit juſtum in nomine juſti, mercedem juſti accipiet. *Ibid.* 10. 41

Et ibunt hi in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam. *Ibid.* 25. 46. Luc. 1. 6

Juſtus autem ex fide vivit. *Rom.* 1. 17. Habac. 2. 4. Galat. 3. 11. Hebr. 10. 38.

*Deus ſolus pius.*

QUis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia ſolus pius es, quoniam omnes gentes venient & adorabunt in conſpectu tuo. *Apoc.* 15. 4

*Alii etiam pii.*

VOs autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus adquiſitionis, &c. 1. *Pet.* 2. 9.

*Deus ſolus beatus.*

QUem ſuis temporibus oſtendet beatus, & ſolus potens: Rex regum & Dominus dominantium. 1. *Tim.* 6. 15

*Alii beati.*

DIxitque Lya--- Beatam quippe me dicent mulieres. *Gen.* 30. 13

Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, &c. *Pſal.* 1. 1. Pſal. 31. 1. 2.

Beatus vir, qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. *Pſal.* 40. 10

Beati immaculati in via, &c. *Ibid.* 118. 1

*Octo tradit Apoſtolis beatitudines, dicens*: Beati pauperes ſpiritu--- beati mites, &c. *Matth.* 5

Beatus es Simon Bar-Jona, &c. Cap. 16. 17.

Beatus ille ſervus, quem cum venerit Dominus, invenerit ſic facientem. *Ibid.* 24. 46. *v.* 45

Beatam me dicent omnes generationes. *Luc.* 1. 48

Cum facis convivium voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris, &c. *Ibid.* 14. 14

*Deus ſolus potens.*

QUem ſuis temporibus oſtendet beatus & ſolus potens, &c. 1. *Tim.* 6. 15.

*Alii potentes.*

POtens in terra erit ſemen ejus, generatio rectorum benedicetur. *Pſal.* 111. 2. *Vide* Exod. 18. 21

Depoſuit potentes de ſede, & exaltavit humiles. *Luc.* 1. 52

*Deus ſolus immortalis.*

QUi ſolus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inacceſſibilem, &c. 1. *Tim.* 6. 16

*Aliis tribuitur immortalitas.*

JUſtitia enim perpetua eſt & immortalis. *Sap.* 1. 15

O quam pulcra eſt caſta generatio cum claritate: immortalis eſt enim memoria illius, &c. *Ibid.* 4. 1. & cap. 8. 17

*Deus facit mirabilia ſolus.*

BEnedictus Dominus Deus Iſrael, qui facit mirabilia ſolus. *Pſal.* 71. 18

Qui facit mirabilia ſolus: quoniam in æternum miſericordia ejus. *Ibid.* 135. 4. *Vide &* Eccli. 11. 4

*Alii faciunt quoque mirabilia.*

MAgnaque mirabilia, quæ fecit Moyſes coram univerſo Iſrael. *Deut.* 34. 12

Quis eſt hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua. *Eccli.* 31. 9

Verbo Domini continuit cælum, & dejecit de cælo ignem ter: ſic amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis. *Ibid.* 48. 3. In vita ſua fecit monſtra, & in morte mirabilia operatus eſt. Ib. 15

*Deus ſolus novit occulta cordis.*

TU--- repropitiaberis, & facies ut des unicuique ſecundum omnes vias ſuas, ſicut videris cor ejus (quia tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum) &c. 3. *Reg.* 8. 36. *Idem* 2. Par. 6. 30

*Alii quoque noverunt ſecreta cordis.*

NOnne cor meum in præſenti erat, quando reverſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui? Nunc igitur accepiſti argentum, & accepiſti veſtes, ut emas oliveta, &c. 4. *Reg.* 5. 26. 1. Reg. 9. 19

*Deus ſolus peccata dimittit.*

D*ixerunt ſcribæ & Phariſæi*: Quis eſt hic, qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? *Luc.* 5. 21

*Dimittunt & alii peccata.*

AMen dico vobis: quæcumque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. *Matth.* 18. 18

Quorum remiſeritis peccata, remittentur eis, &c. *Joan.* 20. 23

*Deo ſoli honor & gloria.*

EGo Dominus, hoc eſt nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, &c. *Iſa.* 42. 8

Soli Deo honor & gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen. 1. *Tim.* 1. 17.

*Aliis quoque tribuuntur honor & gloria.*

COntentus eſto gloria, & ſede in domo tua: quare provocas malum, ut cadas tu, & Judas tecum? &c. 4. *Reg.* 14. 10

Confirmavitque Dominus regnum in manu ejus (*Joſaphat*) & dedit omnis Juda munera Joſaphat: factæque ſunt ei infinitæ divitiæ, & multa gloria. 2. *Paral.* 17. 5

Gloria hæc eſt omnibus Sanctis ejus. *Pſal.* 149. 9

Qui probatus eſt in illo & perfectus eſt, erit illi gloria æterna: qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus; facere mala, & non fecit. *Eccli.* 31. 10

Amice, aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. *Luc.* 14. 10

Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipitis; & gloriam quæ a ſolo Deo eſt, non quæritis? *Joan.* 5. 44.

*Deus ſolus adorandus.*

EGo Dominus Deus veſter. Non facietis vobis idolum, & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, ut adoretis eum, ego enim ſum Dominus Deus Veſter. *Levit.* 26. 1. Non adorabis ea, &c. Deut. 5. 9. Exod. 20. 5

Scriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. *Matth.* 4. 10

*Aliis*



*Aliis adoratio tribuitur. Vide Tit. Adoratio.*

CUmque elevaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum: quos cum vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui, & adoravit in terram. *Gen.* 18. 2

*Deo ſoli ſerviendum.*

DOminum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſervies, ac per nomen illius jurabis. *Deut.* 6. 13. *Idem* Cap. 10. 20. Matth. 4. 10. 1. Reg. 7. 3. Luc. 4. 8

*Aliis autem poſt Deum ſerviendum.*

DUæ gentes ſunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo dividentur, populuſque populum ſuperabit, & major ſerviet minori. *Gen.* 25. 23

Servivit ergo Jacob pro Rachel ſeptem annis: & videbantur illi pauci dies, præ amoris magnitudine. *Ibid.* 29. 20

Qui autem fideles habent Dominos, non contemnant, quia fratres ſunt: ſed magis ſerviant, quia fideles ſunt, & dilecti, qui beneficii participes ſunt. 1. *Tim.* 6. 2

*Deus, cujus mali cauſa ſit, & cujus non ſit. Vide Malum.*

*Deus eſt honorandus ex corde, per debitam dilectionem.*

HOnora Deum ex tota anima tua. *Eccli.* 7. 33.

Quid dignum offeram Domino? curvabo genu Deo excelſo? Numquid offeram ei holocautomata, & vitulos anniculos? Numquid placari poteſt Dominus in millibus hircorum pinguium? *Mich.* 6. 6

Indicabo tibi, o homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat a te; Utique facere judicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo. *Ibid. v.* 8

Regi autem ſæculorum, immortali, inviſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen. 1. *Tim.* 1. 17.

*Per devotam laudationem.*

IPſe eſt laus tua & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia, & terribilia, quæ viderunt oculi tui. *Deut.* 10. 21

Laudabo nomen Dei cum cantico. *Pſal.* 68. 31. Et placebit Deo ſuper vitulum novellum cornua producentem. Ibid. 32

Afferte Domino gloriam & honorem. *Ibid.* 28. 2.

Benedicam Dominum in omni tempore: ſemper laus ejus in ore meo. *Ibid.* 33. 2

Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen ejus in idipſum. *Ibid. v.* 4

Secundum nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ. *Pſal.* 47. 11

Immola Deo ſacrificium laudis. *Ibid.* 49. 14

Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras juſtitias meas? *Ibid. v.* 16

Sacrificium laudis honorificabit me. *Ibid. v.* 23

Septies in die laudem dixi tibi. *Ibid.* 118. 104

Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. *Eccli.* 15. 9

Et nunc in omni corde & ore collaudate, & benedicite nomen Domini. *Ibid.* 39. 41

Glorificantes Dominum quamtumcumque potueritis, ſupervalebit enim adhuc, & admirabilis magnificentia ejus. Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum poteſtis: major enim eſt omni laude. Exaltantes eum replemini virtute. *Ibid.* 43. 32

Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum ſalvatorem meum. *Ibid.* 51. 1. *Vide per totum.*

Quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. *Iſa.* 12. 2

Eo, quod appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me: cor autem ejus longe eſt a me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: ideo ecce ego addam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi, & ſtupendo: peribit enim ſapientia a ſapientibus ejus, & intellectus prudentium ejus abſcondetur. *Ibid.* 29. 13

Ponent Domino gloriam, & laudem ejus in Inſulis nuntiabunt. *Ibid.* 42. 12

Populum iſtum formavi mihi, laudem meam narrabit. *Ibid.* 43. 21

Levemus corda noſtra cum manibus ad Dominum in cælos. *Tren.* 3. 41

Et non clamaverunt ad me in corde ſuo, ſed ululabant in cubilibus ſuis: ſuper triticum & vinum ruminabant, receſſerunt a me. *Oſee* 7. 14

Aufer a me tumultum carminum tuorum: & cantica lyræ tuæ non audiam. *Amos* 5. 23

Hypocritæ! bene prophetavit de vobis Iſaias, dicens: Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe eſt a me. *Matth.* 15. 7.

Dico vobis: quia ſi hi tacuerint, lapides clamabunt. *Luc.* 19. 40

Pſallam ſpiritu, pſallam & mente, 1. *Cor.* 14. 15

Sed impleamini Spiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino: gratias agentes ſemper pro omnibus, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Deo & Patri: ſubjecti invicem, in timore Chriſti. *Epheſ.* 5. 18

Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni ſapientia, docentes & commonentes vosme-

voſmetipſos in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris Deo. *Coloſ.* 3. 16

Triſtatur aliquis veſtrum? oret: æquo animo eſt (*aliquis?*) pſallat. *Jacob.* 5. 13

Et vox de throno exivit, dicens: Laudem dicite Deo noſtro, omnes ſervi ejus: & qui timetis Deum, puſilli & magni. *Apoc.* 19. 5

*Per dignam oblationem, quæ ſit bona ſine defectu. Vide & oblatio.*

HOmo de domo Iſrael, & de advenis, qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationem ſuam, vel tota ſolvens, vel ſponte offerens, quidquid illud obtulerit in holocauſtum Domini, ut offeratur per vos, maſculus immaculatus erit ex bobus, & ovibus, & ex capris: ſi maculam habuerit, non offeretis, neque erit acceptabile. *Levit.* 22. 18

Non apparebit ante Dominum vacuus, ſed offeret unuſquiſque ſecundum quod habuerit, juxta benedictionem Domini Dei ſui quam dederit ei. *Deut.* 16. 16

Tua ſunt omnia: & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. 1. *Paral.* 29. 14

Voluntarie ſacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt. *Pſal.* 53. 8

Bono animo gloriam redde Deo: & non minuas primitias manuum tuarum. In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione ſanctifica decimas tuas. *Eccli.* 35. 10

Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? & ſi offeratis claudum & languidum, nonne malum eſt? Offer illud duci tuo, ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. *Malach.* 1. 8

Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino: quia rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus. *Ibid. v.* 14

*Ut ſit pura ſine peccato.*

OMnis oblatio, quæ offertur Domino, abſque fermento (*malæ adquiſitionis*) fiet, nec quidquam fermenti --- adolebitur in ſacrificio Domini. *Levit.* 2. 11

De manu alienigenæ non offeretis panes Deo veſtro. *Ibid.* 22. 25

Non offeres mercedem proſtibuli. *Deut.* 23. 18

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. *Pſal.* 50. 19

Victimæ impiorum abominabiles Domino: vota juſtorum placabilia. *Prov.* 15. 8

Hoſtiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex ſcelere. *Ibid.* 21. 27

Ne dicas: In multitudine munerum meorum reſpiciet Deus, & offerente me Deo Altiſſimo, munera mea ſuſcipiet. *Eccli.* 7. 11

Immolantis ex iniquo, oblatio eſt maculata. *Ibid.* 34. 21. Dona iniquorum non probat Altiſſimus. Ibid. 23

Sacrificium ſalutare eſt attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate. *Ibid.* 35. 2. *Vide &* 1. Reg. 15. 22

Oblatio juſti impinguat altare, & odor ſuavitatis eſt in conſpectu Altiſſimi. *Ibid. v.* 8

Sacrificium juſti acceptum eſt, & memoriam ejus non obliviſcetur Dominus. *Ibid. v.* 9

Noli offerre munera prava: non enim ſuſcipiet illa. Et noli inſpicere ſacrificium injuſtum, quoniam Dominus judex eſt, & non eſt apud illum gloria perſonæ. *Ibid. v.* 14

Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Dominus? Plenus ſum. *Iſa.* 1. 11.

Cum veniretis ante conſpectum meum, quis quæſivit hæc de manibus veſtris, ut ambularetis in atriis meis? Ne offeratis ultra ſacrificium fruſtra: Incenſum abominatio eſt mihi. *Ibidem v.* 12.

Et cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam: manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. *Ibid. v.* 15

Quid eſt, quod dilectus meus in domo mea facit ſcelera multa? Numquid carnes ſanctæ auferent a te malitias tuas in quibus gloriata es? *Jerem.* 11. 15

Hoſtias offerent, immolabunt carnes & comedent, & Dominus non ſuſcipiet eas: nunc recordabitur iniquitatis eorum. *Oſee* 8. 13

Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei: Sacrificia eorum quaſi panis lugentium: omnes, qui comedunt eum, contaminabuntur. *Ibid.* 9. 4

Quod ſi obtuleritis mihi holocautomata & munera veſtra, non ſuſcipiam: & vota pinguium veſtrorum non reſpiciam. *Amos* 5. 22

In vanum autem me colunt, docentes doctrinas & præcepta hominum. Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominum, baptiſmata urceorum, & calicum, & alia his ſimilia facitis multa. *Marc.* 7. 7

*Juſta de populo.*

HOnora Dominum de tua ſubſtantia (*non alterius*), & de primitiis omnium frugum tuarum da ei. *Prov.* 3. 9

Immolantis ex iniquo, oblatio eſt maculata. *Eccli.* 34. 21

Dona iniquorum non probat Altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum: nec in multitudine ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. *Ibid. v.* 23





Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum: quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. *Eccli. v.* 24

Noli offerre munera prava: non enim ſuſcipiet illa. Et noli inſpicere ſacrificium injuſtum quoniam Dominus judex eſt, & non eſt apud illum gloria perſonæ. *Ibid.* 35. 14

*Nullam habet Dominus perſonæ rationem adverſus inopem, ſed* deprecationem læſi exaudiet. *Ibidem v.* 16

Quia Ego Dominus diligens judicium, & odio habens rapinam in holocauſto. *Iſa.* 61. 8

Et intuliſtis de rapinis munus: numquid ſuſcipiam illud de manu veſtra, dicit Dominus? *Mal.* 1. 13

*Deus quærendus celeriter.*

LÆtetur cor quærentium Dominum. Quærite Dominum & confirmamini: quærite faciem ejus ſemper. *Pſal.* 104. 3

Quærite Dominum dum inveniri poteſt: invocate eum dum prope eſt. *Iſa.* 55. 6

Et quæramus, & revertamur ad Dominum. *Thren.* 3. 40

Quærite Dominum omnes manſueti terræ, qui judicium ejus eſtis operati: quærite juſtum, quærite manſuetum: ſi quo modo abſcondamini, in die furoris Domini. *Sophon.* 2. 3

*Cordialiter.*

CUmque quæſieris ibi Dominum Deum tuum, invenies eum: ſi tamen toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ tuæ. *Deut.* 4. 29

Præbete igitur corda veſtra, & animas veſtras, ut quæratis Dominum Deum veſtrum. 1. *Par.* 22. 19

In toto corde meo exquiſivi te. *Pſal.* 118. 10

Qui autem inquirunt Dominum, animadvertunt omnia. *Prov.* 28. 5

Sentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum. *Sap.* 1. 1

Si quæritis, quærite. *Iſa.* 21. 12

Quærite bonum, & non malum, ut vivatis. *Amos* 5. 14

Omnes enim, quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ ſunt Jeſu Chriſti. *Philip.* 2. 21

*Utiliter.*

SI quæſieris eum, invenies: ſi autem dereliqueris eum, projiciet te in æternum. 1. *Paral.* 28. 9

Dominus vobiſcum, quia fuiſtis cum eo. Si quæſieritis eum, invenietis: ſi autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. 2. *Paral.* 15. 2

Quærite Deum, & vivet anima veſtra. *Pſal.* 68. 33

Exultent & lætentur in te omnes, qui quærunt te. *Ibid.* 69. 5

Quoniam pius & miſericors eſt Deus, & remittet in die tribulationis peccata: & protector eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate. *Eccl.* 2. 13

Non dixi ſemini Jacob: Fruſtra quærite me. *Iſa.* 45. 19

Quæſierunt me, qui ante non interrogabant: invenerunt, qui non quæſierunt me. *Ibid.* 65. 1

Cum quæſieritis me in toto corde veſtro. Et inveniar a vobis, ait Dominus. *Jerem.* 29. 13

Quærite me, & vivetis. *Amos* 5. 4. Quærite Dominum, & vivete. Ibid. v. 6.

## TITULUS XV.

### *Diabolus.*

*Semper quærit perditionem hominum.*

SEd & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. *Gen.* 3. 1

Conſurrexit autem Satan contra Iſrael: & concitavit David, ut numeraret Iſrael. 1. *Par.* 21. 1

*Satanas, obtenta a Deo facultate, percutit Job ulcere peſſimo, cui etiam propria uxor inſultat. Job.* 2 Cap. 1. *idem.*

Et oſtendit mihi Dominum Jeſum Sacerdotem magnum ſtantem coram Angelo Domini; & Satan ſtabat a dextris ejus, ut adverſaretur ei. *Zach.* 3. 1

Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic, ut lapides iſti panes fiant, &c. *Matth.* 4. 3

Venit malus, & rapit quod ſeminatum eſt. *Matth.* 13. 19. *Vide &* Marc. 4. 15. *&* Matth. 13. 25

Qui autem ſecus viam, hi ſunt qui audiunt; deinde venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſalvi fiant. *Luc.* 8. 12

Ait autem Dominus: Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum. *Ibid.* 22. 31

Dixit autem Petrus: Anania! cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui ſancto, & defraudare de pretio agri? *Act.* 5. 3

Ipſe enim Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis. 2. *Cor.* 11. 14

Induite vos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare adverſus inſidias Diaboli. *Epheſ.* 6. 11

Quoniam voluimus venire ad vos: ego quidem Paulus, & ſemel, & iterum, ſed impedivit nos Satanas. 1. *Theſ.* 2. 18

Sobrii eſtote & vigilate: quia adverſarius veſter Diabolus tamquam Leo rugiens circuit, quærens quem devoret: cui reſiſtite, &c. 1. *Pet.* 5. 8. Actor. 13. 8

Nihil horum timens, quæ paſſurus es. Ecce miſſurus eſt Diabolus aliquos ex vobis in carcerem, ut tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. *Apoc.* 2. 10

Et Satanas qui ſeducit univerſum orbem. *Ibid.* 12. 9

Et cum conſummati fuerint mille anni, ſolvetur Satanas de carcere ſuo, & exibit & ſeducet Gentes, quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ. *Ibid.* 20. 7

*Non plura poteſt, quam ei Deus permittit.*

ET ille ait (*mendax*) Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus. Et dixit Dominus: Decipies & prævalebis: egredere, & fac ita, 3. *Reg.* 22. 22. *Idem* 2. Paral. 18. 20

Dixit ergo Dominus ad Satan; Ecce, univerſa quæ habet, in manu tua ſunt: tantum in eum ne extendas manum tuam. *Job.* 1. 11

Dixit ergo Dominus ad Satan; Ecce in manu tua eſt, verumtamen animam illius ſerva. *Ibid.* 2. 6

Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. *Matth.* 8. 31. *Idem* Marc. 5. 12

Et cum conſummati fuerint mille anni, ſolvetur Satanas de carcere ſuo, & exibit, & ſeducet gentes, quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus eſt ſicut arena maris. *Apoc.* 20. 7

*Diabolus, Pater & Princeps mundi, & omnium impiorum.*

A*It Diabolus Chriſto*; Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me. *Matth.* 4. 9. Luc. 4. 6. *Idem.*

Omne ſublime videt: ipſe eſt rex ſuper univerſos filios ſuperbiæ. *Job.* 41. 25

Vos ex patre Diabolo eſtis: & deſideria patris veſtri vultis facere &c. *Joan.* 8. 44. 1. Joan. 3. v. 8. & 10

Nunc judicium eſt mundi: nunc princeps hujus mundi ejicietur foras. *Ibid.* 12. 31

Jam non multa loquar vobiſcum, venit enim princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam. *Ibid.* 14. 30

Princeps hujus mundi jam judicatus eſt. *Ibid.* 16. 11

Deus hujus ſæculi excæcavit mentes infidelium, &c. 2. *Cor.* 4. 4

Secundum principem poteſtatis aeris hujus, ſpiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ, &c. *Eph.* 2. 2. 1. Joan. 3. 8

Adverſus mundi rectores tenebrarum harum, &c. *Ibid.* 6. 12

*Diaboli imperium, per Chriſtum ſublatum.*

INimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius: ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo ejus. *Gen.* 3. 15

*Philiſthæis contra Iſrael ad pugnam congregatis, Goliath gigantem, in armis & fortitudine confidentem, inermis David ſola occidit funda: præciſumque caput diffuſis Philiſthæis, ad Saulem tulit.* 1. *Reg.* 17.

Spiritus ejus ornavit cælos: & obſtetricante manu ejus, eductus eſt coluber tortuoſus. *Job.* 26. 13

Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes? *Iſa.* 14. 12

In die illa viſitabit Dominus in gladio ſuo puro, & grandi, & forti ſuper Leviathan ſerpentem vectem, & ſuper Leviathan ſerpentem tortuoſum, & occidet cetum qui in mari eſt. *Ibid.* 27. 1.

Jugum enim oneris ejus, & virgam humeri ejus, & ſceptrum exactoris ejus ſuperaſti. *Iſa.* 9. 4. *Vide* Zach. 3. 2

Morſus tuus ero inferne, &c. *Oſee* 13. 14. *Vide* 1. Cor. 15. 54

Videbam Satanam ſicut fulgur de cælo cadentem. *Luc.* 10. 18

Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras. *Joan.* 12. 31

Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ. *Coloſſ.* 1. 13. Matth. 12. 29

Et expolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo: *Ibid.* 2. 15. Luc. 11. 22

Quia ergo pueri communicaverunt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participavit eiſdem, ut per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium: (*id eſt Diabolum*) *Hebr.* 2. 14. 2. Tim. 1. 10

Et projectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas, qui ſeducit univerſum orbem: & projectus eſt in terram, &c. *Apoc.* 12. 9. Cap. 20. 2.

*Diaboli filii.*

VOs ex patre Diabolo eſtis: & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit: quia non eſt veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt & pater ejus. *Joan.* 8. 44

O ple-



O plene omni dolo & omni fallacia, fili Diaboli, inimice omnis juſtitiæ, non deſinis ſubvertere vias Domini rectas. *Act.* 13. 10

In hoc manifeſti ſunt filii Dei & filii Diaboli. Omnis, qui non eſt juſtus, non eſt ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuum. 1. *Joan.* 3. 10

## TITULUS XVI.

*Diaconi.*

COnſiderate ergo, fratres, viros ex vobis boni teſtimonii ſeptem, plenos Spiritu ſancto, & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus. *Act.* 6. 3

Alia autem die profecti, venimus Cæſaream. Et intrantes domum Philippi Evangeliſtæ, qui erat unus de ſeptem, manſimus apud eum. *Ibid.* 21. 8

Paulus & Timotheus ſervi Jeſu Chriſti, omnibus ſanctis in Chriſto Jeſu, qui ſunt Philippis, cum Epiſcopis & Diaconibus. Gratia vobis & pax a Deo Patre noſtro. *Philip.* 1. 1

Diaconos ſimiliter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes: habentes miniſterium fidei in conſcientia pura (*ſcilicet oportet eſſe*). 1. *Tim.* 3. 8

## TITULUS XVII.

*Diana colitur Epheſi, & in univerſa Aſia. Actor.* 19. 27.

## TITULUS XVIII.

*Dies.*

*Dies noviſſimi, & judicium extremum. Vide & judicium extremum.*

DOminum formidabunt adverſarii ejus: & ſuper ipſos in cælis tonabit: Dominus judicabit fines terræ, & dabit imperium regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui. 1. *Reg.* 2. 10

Tunc exultabunt omnia ligna ſylvarum a facie Domini, quia venit: quoniam venit judicare terram. *Pſal.* 95. 13

Et introibunt in ſpeluncas petrarum, & in voragines terræ, a facie formidinis Domini, & a gloria majeſtatis ejus, cum ſurrexerit percutere terram. *Iſa.* 2. 19

Vox multitudinis in montibus, quaſi populorum frequentium: vox ſonitus regum, gentium congregatarum, &c. *Ibid.* 13. 4. Ululate, quia prope eſt dies Domini: quaſi vaſtitas a Domino veniet, &c. Ibid. 6. Ecce dies Domini veniet crudelis, & indignationis plenus, & iræ furoriſque, ad ponendam terram in ſolitudinem, & peccatores ejus conterendos de ea. Ibid. 9 & Cap. 26. 21. c. 30. 30

Quia ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadrigæ ejus: reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis. *Ibid.* 66. 15. *Idem* Jerem. 30. 23

Juxta eſt dies Domini magnus, juxta eſt & velox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. *Soph.* 1. 14. *Vide &* v. 2

Ecce enim dies veniet ſuccenſa quaſi caminus: & erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem, ſtipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem, & germen. *Malach.* 4. 1. 4. Eſdr. 2. 27

Væ quia magna dies illa, nec eſt ſimilis ejus: tempuſque tribulationis eſt Jacob, & ex ipſo ſalvabitur. *Jerem.* 30. 7

Canite tuba in Syon, ululate in monte ſancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ: quia venit dies Domini, quia prope eſt. Dies tenebrarum, & caliginis, dies nubis & turbinis, &c. *Joel.* 2. 1

Væ, deſiderantibus diem Domini: ad quid eam vobis? dies Domini iſta, tenebræ & non lux. *Amos* 5. 18

Noli fatigari. Cum enim venerit dies preſſuræ, & anguſtiæ, alii plorabunt, & triſtes erunt: tu autem hilaris & copioſa eris. 4. *Eſdr.* 2. 27

Et erit, cum fient hæc: & contingent ſigna, quæ ante oſtendi tibi, & nunc revelabitur filius meus, quem vidiſti ut virum aſcendentem. 4. *Eſdr.* 13. 32

Dico autem vobis, quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii. *Matth.* 12. 36

Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno ejus omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. *Ibid.* 13. 41

Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis. *Matth.* 16. 27. *Vide* c. 24. 30. *& ſequentibus* c. 25. 31. Marc. 13. 26. Luc. 17. 30. Actor. 1. 11. c. 17. 31. 2. Theſſal. 1. 7 Tit. 2. 13. 2. Petr. 3. 13. Jud. v. 14

Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ, & re-